Epistola 127.

46)

84

83

N.

Salutem à Jesu Christo. Adm. Reverende Vir, Amice et Frater in Christo con-
junctissime. Quum juvenis hic ornatiss. officium suum in deferendis ad vos literis
offerat, nolui eum sine meis ad vos venire. Valetudinem et prosperitatem vestram speramus,
optamus. De nobis est quod Deo gratias agamus. Ego, ut soleo, in mediis infirmitatibus praesentia
Dei exhilaror quoad muneris administrationem, quae apud me et rure satis bene habent,
nisi quod filius natu medius febri quotidiana jam diutius conflictatur. Res Eccl[esi]ae sic satis
tranquillae. In Academia nova tibi jam nota. Professio primum Mathematica Professore nacta est
peculiarem, Bergesium filium D. Episcopali[?] nostri filium, post Medica de duobus gavisa est, ordinario Deusingio Harderovicensi hactenus
Prof[esso]re et Perizonio extraordinario, Westphalo natione hic olim promoto et uxorato
et et Secretario Acad. constituto. Altingius impetravit ut diebus Solis concionem haberet
vespertinam in templo Academico, quam Germanicam videbatur velle, sed in Belgicam
transformata est, et hac ratione ipsi stipendium auctum. Dnn. Curatores ex voluntate Ordd.
aliquoties Ordinibus Ultrajectinis scripserunt, ut auctoritate Superiorum utrinque com-
poneretur lis inter Maresium et Voetium, eventum expectamus. Deusingius, et cum applausu
[?]oratim, ante Majum huc vix est venturus. Politia hactenus magis placata, nisi quod
ex Comitiis Generalibus novas turbas veremur, quas Deus avertat: Ego Prophetas
minores per gratiam Dei absolvi, forte te et alios pios pagina una et altera publice
ad societatem gratiarum invitatums, et ad judicium de labore omni, quem fecero in Malachia
me per tabulas delineaturum, quas hac septimana typographo tradidi. et ubi eas absolverit
D.v. habebis quam citissime, et quod tibi de propria sperare licet sinceram sententiam tuam mihi exponas
si forte daretur etiam tale quid aut aliter formatum in aliquos textus: sed hic nolo esse dubium
Ego gratia Domini semper contentus ero, quod intellexero divinae sapientiae placere. Apud vos audio
Dn. Sertanum Theologum factum, apud Leidenses L'Empereurum et huic successurus sit, et illi forte
successerit nescio. Hic quidam Geestdorp septimana praeterita mihi a te salutem dixit, et hic
frequens est in disputationibus habendis. Dr. Heigii Helvetii familiariter me invisit et in analysi
se exercet; in qua non desino coram quinque pro modulo pastorali, aliisque tibi et aliis commendare
Bene vale in Domino cum tuis, et cum Amicis ostendito officiosisse à me et meis salute, tuamque
imprimis peramanter salutem. raptim 21 Febr. 1647

R. T. P. Add.
Fr. J. Martinus.

Lectionum typographo typis expressarum specimen mitto.

Admodum Reverendo Clarissimo
Doctissº Dn. Johanni Coccejo
SS Theolog. Doctori, ejusdemq. ac
Linguæ Sanctæ in Academia Franeq.,
Eadem Professori celeberrimo. Dnº
et Fratri in Chrº conjunctissº.

Franequeram.

4 mayr.